

ni sunt 3 & 2. Multiplico igitur 3 in se, deinde in
 2. Postremo 2. in se, & nascuntur numeri .9.6.4.
 custodientes duas sesquialteras. Si tres sesquial
 teræ fuerint continuandæ, ducatur maior termi
 norum in tres modo inuentos, et minor terminus
 in ultimum, et exorientur 4 numeri tres sesquial
 teras seruantes, ut 3 multiplicati in 9, 6, 4. gene
 rant. 27. 18. 12. & binarius in 4 ductus procreat 8.
 sicq; sūt producti quatuor numeri 27, 18, 12, 8. cu
 stodientes tres sesquialteras, Si quatuor sesquial
 teras continuare placuerit, ducatur maior ter
 minus in quatuor iam nunc inuētos, & minor ter
 minus in postremum, et habebis quinq; numeros,
 quatuor sesquialteras continuatas retinentes, ut
 81, 54, 36, 24, 16.

CAPVT QVARTVM.

De Proportionalitate.

PROPORTIONALITAS est proportionū similitudo.

QVANTitates dicuntur proportionales, qua
 rum una est proportio.

Proportionalitas est duplex, continua & discon
 tinua.

CONTinua est quando omnes quantitates sunt an
 tecedentes & consequentes, præter primam
 quæ est antecedens tantum, & ultimam quæ est
 consequens tantum. Et hæc reperitur ad mini
 mum in tribus terminis, ut 4, 2, 1.

DIScontinua est quando nulla quantitas simul et

D